Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

ciones languentium. defectus
senum, suspiria iuuenum, uo
ta uirginum, lamenta ui
duarum. Tu enim misereris
omnium. et nichil odisti eorum
que fecisti. Memorare que
sit nostra substancia. quia
tu es pater noster: quia tu es
deus noster: ne irascaris satis,
neque uiscera misericordie tue
super nos contineas. Non enim
iustificationibus nostris pro
sternimus preces ante faciem
tuam, sed miserationibus
tuis multis. Aufer a nobis
iniquitates nostras et ignem
sancti spiritus in cordibus nostris cle
menter accende. Aufer a
nobis cor lapideum. et da no
bis cor carneum. quod te time
at. te amet. te delectetur
te perfruatur. Oramus domine
clementi[am] tuam.
ut famu[lam] tuam
sacri tui nominis offici
a prestolantem propicio
aspicere digneris uultu
et ut nullius sit irritum
uotum. nullius uacua pos
tulatio. uel supplicatio
tu nobis preces suggere.
quas ipse audire. et ex
audire digneris. Roga
mus etiam te pater sanc
te pro animabus omnium ^fidelium
defunctorum. ut sit illis sa
lus. sanitas. gaudium.
et refrigerium. hoc magnum
num pietatis sacramentum
deus noster. sit illis hodie ma
gnum et plenum conuiuium.
de te pane uiuo qui descen
disti de celo. et das uitam
mundo. de tua carne ag
ni uidelicet paschalis
qui tollit peccata mun
di. que de beato et glorioso
utero beate Marie uir
ginis est assumpta et
de spiritu sancto concepta. de il
lo inquam ^fonte qui de latere
crucifixi domini nostri ihesu christi
feliciter emanauit. ut
exinde refecti saciati con